



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

MATTHAEVM. Fo. XXII.

cœpisset conferre, oblatuſ es ei vnus qui debebat ei decem millia talentorū. Cæterū cū is non eſſet ſoluendo, iuſſit eū dominus vendari, & vxorē eius, & liberos, & oīa quæ habebat, ac fieri ſolutionē. Procidens autē ſeruus ille adorabat eum, dicens: Dñe, eſto patiens erga me, & omnia tibi reddam. Miſertus autē dñs ſerui illius, abſoluit eū, & æs alienū remiſit ei. Egreſſus vero ſeruus ille, inuenit vnū de conſeruis ſuis, qui debebat ſibi centū denarios, & iniecta in eū manu, obtorto collo trahebat, dicens: Solue quod debes. Et procidens conſeruus eius, rogabat eū, dicens: Eſto patiens erga me, & oīa reddā tibi. At ille nolebat, ſed abiit & coniecit eū in carcerē, donec redderet debitū. Porro cum vidiffent conſerui eius, quæ fiebant, indoluerūt valde, & venerūt, aperuerūtq; dño ſuo omnia quæ facta fuerant. Tunc accerſiuit illum dominus ſuus, & ait illi: Serue ſceleſte, totū debitū illud remiſi tibi, cū obſeruaſſes me. Nonne oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus erā? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoaduſq; redderet totum quod debebat ſibi. Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis ſuo quiſq; fratri de cordibus veſtris delicta illorum.

¶ CAPVT. XIX.

T factū eſt, cū cōſummaffet Ieſus ſermones hos, demigrauit a Galilæa, & venit in fines Iudææ trās Iordanē, & ſecutæ ſūt eum turbæ multæ, & ſanauit eos ibi. Et acceſſerūt ad eū phariſæi tentātes eū, & dicētes ei: Licet ne hoī diuortiu facere cū vxore ſua qualibet ex cauſa? Qui reſpondens,
E η

SECUNDVM. ITA

ait eis: An non legistis, quod is qui fecit ab initio, masculū & foē-
 minam fecit eos? Et dixit: Propterea, deseret homo patrem & ma-
 trem, & adglutinabitur uxori suæ, & erunt duo in carnem vnā
 Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo deus copulauit,
 homo ne separet. Dicunt illi: Cur ergo Moyses iussit dare libel-
 lum repudiij, & amittere eam? Ait illis: Moyses ad duritiā cordis
 vestri permisit vobis repudiare vxores vestras, cæterū ab initio
 nō fuit sic. Dico autē vobis quod quicumq; repudiauerit vxorem
 suā, nisi ob stuprū, & aliam duxeris, is cōmittit adulteriū. Et qui
 repudiatā duxerit, is adulteriū cōmittit. Dicunt ei discipuli eius
 Si ad istū modū habet causa hominis cū vxore, non expedit con-
 trahere matrimoniū. Qui dixit illis: Non omnes capaces sunt
 huius dicti, sed ij quibus datū est. Sunt enim eunuchi, qui de ma-
 tris vtero sic nati sunt, & sunt eunuchi, qui facti sunt eunuchi ab
 hominibus, & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerūt propter reg-
 nū cœlorū. Qui potest capere, capiat. Tunc oblatis sūt ei puelli,
 vt manus eis imponeret & oraret. Discipuli autē increpabāt eos.
 Iesus vero ait illis: Sinite puellos, & ne prohibeatis eos ad me ve-
 nire, talium est em̄ regnū cœlorū. Et cum imposuisset eis manus
 abijt illinc. Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid bo-
 ni faciā, vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei: Cur me vocas
 bonum? Nullus est bonus, nisi vnus, nempe deus. Quod si vis ad
 vitam ingredi, serua mandata. Dicit illi: Quæ? Iesus autē dixit:
 Non facies homicidium. Non cōmittes adulterium. Non facies
 furtum. Non falsum dices testimonium. Honora patrem & ma-

MATTHAEVM. FO. XXIII.

trem, & diliges proximū tuum, vt teipsum, dicit illi adolescens:
 Omnia hæc seruaui a iuuetute mea, quid adhuc mihi deest? Ait
 illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade vende quæ habes, & da pau-
 peribus & habebis thesaurū in cælo, & veni sequere me. Cū au-
 diffet autem adolescens eum sermonem, abiit tristis. Erat enim
 habēs possessiones multas. Iesus autē dixit discipulis suis; Amē
 dico vobis: diues difficile intrabit in regnum cælorum. Et iterū
 dico vobis: Facilius est camelum per foramē acus transire, quam
 diuitem in regnū dei ingredi. Auditis autem his discipuli expa-
 uerunt valde, dicentes: Quis ergo potest saluus fieri? Intuitus
 autem illos Iesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est,
 apud deum autem omnia possibilia sunt. Tunc respondens Pe-
 trus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te:
 Quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis,
 quod vos, qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius
 hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duo-
 decim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis q̄ reliquerit
 domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vx-
 orem, aut filios, aut agros, propter nomen meū, centupla accipiet,
 & vitæ æternæ sortietur hæreditatē. Multi autem primi, erunt
 nouissimi; & nouissimi, primi.

¶ CAPVT. XX.

Am simile est regnum cælorū homini patrifamilias,
 qui exiit primo statim diluculo ad cōducendos opa-
 rios in vineam suam. Conuentione autem facta cum

E iij